2210 rep. a. 1775 prope Ariciam *nella vigna de' Padri Fate-ben-Fratelli nella tenuta di Fontana Ginestra, e Ginestreto.*

HIC REQVIESCIT FAMV*lus dei*......
PRESBI*ter* CVIVS ANNI FV*erunt*......
P · M̄ LXXX DEPOSITVS IN *pace*....
V̄C̄ C̄ŌN̄S̄

Servavit Lucidi *mem.* p. 405 (inde de Rossi inscr. chr. 1 n. 1351).
Supplevit Rossius; saeculo p. Chr. quinto adtribuit idem *bull. crist.* 1869 p. 80.

2211 Ariciae tabula marmorea qua tegebatur sarcophagus in quo Simon Magus sepultus esse dicebatur, translata ab Augustino Chigi in aedes suas Aricinas LVC. Extat Ariciae in aedibus Chisianis.

KALENDAS · OCTOBRES
ATERIVS · IN PACE

Lucidi *mem.* p. 328; de Rossi *bull. crist.* 1869 p. 80 qui vidit et habuit praeterea ex Settele ms.

VII. NEMVS DIANAE (*Nemi*).

Cf. p. 204.

2212 cippus marmoreus. Romae in hortis Iustinianeis GVD. PTOL. SPON. BIANCH. Nunc in museo Vaticano (Chiaramonti a sinistra). — Inter Aricinas dat VVLPI sine auctore. — Ex fano Nemorensi venisse Romam non est certum; nam Dianae Nemorensi fortasse etiam Romae arae dedicari potuerunt, ut Tibure videtur esse dedicatus Dianae Opiferae Nemorensi titulus Orell. 1456 (contra titulus Henzen. 7210 falsus est; cf. huius corporis vol. V n. 739*a**, 6).

sic D E A N A E
N E M O R E N S I
simpulum S A C R V M patera
M · ACILIVS · PRISCVS
E G R I L I V S
P L A R I A N V S

Descripsit Henzen. Gudius ms. 406, 1 de visu; Ptolemaeus sched. Sen. 1, 80; Spon miscell. p. 88 n. 34; Bianchini ms. Veron. 348 f. 26, qui vidit anno 1715; Vulpi Lat. 7 p. 225 auctore non laudato et neglegenter. Ex Vulpio Mur. 36, 5; ex hoc Orelli 1453; correxit Kellermann analect. epigr., apud Orellium ind. lect. Turic. 1838 p. 37, de visu.
De M. Acilio Prisco Egrilio Plariano vide supra ad n. 155.

2213 rep. apud lacum Nemorensem anno 1554 PIGH. *Trovata a Nemi luogo de' SS. Frangepani sopra il lago detto di Nemi nel giardino del palazzo* CASS. Nemi in palatio Frangepani SVAR. A Mario Frangipani senatore Urbis anno 1712 Alexandro Albani donata, postea in museum Capitolinum translata VVLP. Extat in museo Capitolino. — In Sabinis MANVT.

D I A N A E
N E M O R E S I · V E S T A E
S A C R V M · D I C T
I M P · N E R V A · T R A I A N O A V G ·
G E R M A N I C O · I̅I̅I̅ · C O S · P R A E F
E I V S · T · V O L T E D I O · M A M I L I A N O
Q V A E S T O R I B
L · C A E C I L I O · V R S O · I̅I̅ · M · L V C R E T I O
SABINO · II · AEDILIB · Q · VIBENNA · QVIETO
T I · C L A V D I O · M A G N O ·
P · C O R N E L I V S · T R O P H I M V S · P I S T O R
ROMANIENSIS · EX · REG · XIIII · IDEM · CVR ·
VICI · QVADRATI · ET · LANIA · C · F · THIONOE · CONIV sic
EIVS · VOTVM · LIBENS · SOLVERVNT

Descripsit Henzen. Pighius Berol. f. 204, Luz. f. 30, cod. musei f. 26; a Pighio non solum Smetius ed. f. 22, 9 (inde Grut. 41, 7), ubi ille laudatur, sed etiam Panvinius Rom. p. 209, Veron. p. 57, solos vv. 1—8 etiam inter collectanea cod. Vat. 6035 f. 129; aliunde puto Manutius orth. 117, 15; Ligorius Taur. vol. 3 f. 66; Cassianus a Puteo, ut videtur, cod. Berol. A 61 *m* f. 101'; Tomasini de donar. cap. 2 p. 15 (ed. 2) ex epistula Ioh. Argoli qui vidit a. 1637; Suaresius cod. Barb. XXIX, 148; Holstenius epist. ed. Boissonade p. 157; Vulpi Lat. 7 p. 195; Lucidi *memorie dell' Ariccia* p. 83; Guasco mus. Cap. n. 19; Nibby *viaggio* 2 p. 170. Orelli 1455.

Dianae Nemoresi Vestae sacrum dict(atore) imp. Nerva Traiano Aug. Germanico I̅I̅I̅ *co(n)s(ule)* (a. p. C. 100), *praef(ecto) eius T. Voltedio Mamiliano, quaestorib(us) L. Caecilio Urso (iterum) M. Lucretio Sabino (iterum) aedilib(us)* cet. Notabile est aediles postponi quaestoribus, quorum tamen uterque iterum eo honore functus est. Dictatura, qua functus est Traianus, videtur esse Aricina. — Ligorius principium huius tituli ita videtur esse interpretatus: *Dianae Nemoresi Vestae dictae*, unde in inscriptione ab eo conficta (Orell. 1457) reperitur *flamen Virbialis et Aricinae Dianae Vestae dictae custos*, altera dedicata est *Vestae Dianae dictae*; recte de eis iudicavit Marinius act. Arv. p. 417.

2214 Nemi rep. anno 1737 *nella valle ove è posto il noceto del sig. arciprete, nel sito chiamato di S. Andrea* CAS. Nemi sub cruce ante portam Ariciam versus BRVNN DETL. Ego frustra quaesivi.

L· CVRIVS EVTRAPELVS VARGVNTEIA NAIS V S D N E R I M

Descripserunt Detlefsen et Brunn. Casimiro da Roma *memorie storiche delle chiese e conventi de' frati minori* p. 192 (inde Lucidi *mem.* p. 92; ex eodem sine dubio Marocco *monumenti dello stato pontificio* 6 p. 185).
L· habet Cas. cum suis, om. Brunn et Detl. — In fine ERIM Brunn et Detl., de E et R litteris dubitantes, I·A·L·M Cas.; hic legit *v(otum) s(olverunt) D(ianae) N(emorensi) i(n) A(ricino) l(ibentes) m(erito).*
Iidem Curius Eutrapelus et Vargunteia Nais posuerunt n. 2157.

inscriptionibus id quod posui p. 204, Nemus fuisse sub dicione Aricinorum; nam titulum n. 4191 in Nemore Vespasiano et filiis posuit senatus populusque Aricinus, et magistratus memorati in n. 4195 et n. 4196 sine dubio sunt Aricini. Sunt autem inscriptiones nuper repertae pleraeque aetatis imperatorum, paucae aetatis liberae rei publicae, sed in his n. 4184*a* remotae ut puto antiquitatis et n. 4182 *a* posita saeculo ut puto a. u. c. sexto a magistratu populi Romani (praeterea n. 4182). Tituli n. 4198 seq. (potissimum n. 4202) videntur docere, ut in aede Fortunae Praenestinae, ita etiam in fano Nemorensi statuas vel imagines hominum privatorum a parentibus vel amicis eorum Dianae sacrari solitas esse. Praeter inscriptiones celebritatem fani Nemorensis testatur supellex fictilis votiva, cuius ingens vis eisdem effossionibus prodiit.

ad n. 2213. Scripturae specimen dedit Huebner n. 311.

ad n. 2215 v. 18. De *veste callaina* conferendus est titulus nuper Signiae repertus (*bull. dell' Inst.* 1883 p. 190), ubi Aurunceia Acte dicitur Bonae deae dono dedisse *tunicas duas et palliolum, rasas caleinas*; ubi minus recte editor l. c. hoc vocabulum videtur derivasse a Calibus.

ad n. 2218 v. 7 pro ΕΗΙΚΤΗΤΕΙΣ legendum est ΕΠΙΚΤΗΤΕΙΣ.

4182 basis *di lava basaltica* alta cm. 9, lata cm. 75, quae videtur sustinuisse signum aeneum, litteris rubricatis. Rep. in effossionibus Nemorensibus, postea Romae apud legatum Britanniae.

AERENTIA
L · F
DIANAE · SACR
DD · L · M

Descripsit Gatti. Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 238. Memoratur a Lanciano *not. degli scavi* 1885 p. 479.

4182 *a blocco di pietra gabina,* litteris vetustis. Rep. Nemi effossionibus institutis a Boccanera hieme a. 1886/7.

DIANA
M · LIVIO · M · F
PRAITOR · DEDIT

Notizie degli scavi 1887 p. 24. Descripsit Tomasetti.

Quis ex Marcis Liviis saeculi ab u. c. VI — nam huius aetatis videtur esse titulus — significetur, incertum est. [Potest fuisse praetor Aricinus. Th. M.]

4183 in pavimento operis musivi pavimenti alicuius cellae rep. in fano Nemorensi mense Aug. 1885, cf. forma quam exhibet Lanciani *notizie* l. c. p. 318.

M · SERVILIVS · QVARTVS · ALAM · EXPOLIT · ET
ET · QVAE · INTVS · POSITA · SVNT · DIA*nae*

Lanciani *not. degli scavi* 1885 p. 319; Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 226 ex ectypo photographico.

Pars dextra inscriptionis antiquitus periit, cum ea pars pavimenti rursus sterneretur.

Alae vocabulum huic cellae fuisse inscriptio indicat.

4184 fragmenta tabulae ex marmore Lunensi litteris v. 1 cm. 12, v. 2 cm. 7, v. 3 cm. 5. Nemi rep. anno 1885.

A · S | CIVS · A | AS
*aed*ICLAM · DIA*nae* | F COL | M · ET · SVBS*ellia*
AVIT · SORTI | IT · D

Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 237. Fragmenta secundum et ultimum descripsit Gatti.

Supplementa proposita ab Henzeno apud Helbigium v. 1 *A. S*[*ulpi*]*cius A.* [*f.*] *As*[*clepiodotus*], v. 2 *colm*[*en*] (pro *columen, culmen*) [*marmoreu*]*m*, v. 3 *sortib*[*us*] valde incerta sunt; omnino reiciendum quod idem proposuit v. 2 fin. *subs*[*calaria*].

4184 *a in un vasetto ad orlo rientrante, alto m. 0,07, e notevole per la bella patina onde è ricoperto, vedesi a graffito la leggenda seguente distribuita all' intorno dell' orlo:*

CN · Q · ET · MED · DIANA

Notizie degli scavi 1887 p. 25. Descripsit O. Hirschfeld.

MED videtur referri debere ad ipsum vasculum, CN·Q·ET superesse ex nomine dedicantis vel dedicantium.

4185 sub herma bicipite (*erma doppia composta dalle teste di due esseri aquatici; l' erma consiste in una testa di giovane ed un' altra barbata, che ambedue hanno sulle tempie due pinne di pesce disposte in guisa d' alette; che quest' erma era dedicata a Diana, risulta da un fusto di marmo bardiglio trovatovi accanto, sul quale essa s' adatta esattamente e che mostra l' epigrafe rilevata con colore rosso* HELBIG) rep. effossionibus Nemorensibus.

SACR · DIAN

Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 227; *Notizie degli scavi* 1885 p. 479.

4186 in manubrio cochlearis aenei. Rep. in effossionibus Nemorensibus, nunc Romae apud legatum Britanniae.

DIANA

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 254.

4187 fragmenta tabularum marmorearum Nemi rep. a. 1885.

LATON | IINI | PHRY / AVD | CAV / IT | ESA

Lanciani *not. degli scavi* 1885 p. 193.

Latonae dedicata est inscriptio n. 2157.

4188 *frammento di una vasca quadrata di marmo bianco.* Nemi rep. a. 1885.

DVS · D · D · M · L · F

Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 236.

4189 pars basis vel plinthi marmorei (alti cm. 7) qui olim signum aliquod sustinuit rep. una cum n. 4200, est Romae apud legatum Britanniae.

TONTIVS · Q · F · D · D · L · M

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 319; Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 238.

4190 in columna marmorea titulus margine circumdatus, litteris aetatis sequioris HVELS. Nemi rep. a. 1885, nunc Romae apud legatum Britanniae.

AD HORREA · SEMPRON
AD BALNEVM · VETVS
IN · QVATTVOR
PLVMBI · PONDO · ⅠↃ∾∾∾ↃC LXII
ET · LABELLA · IV · IDEM
DONVS · PRO · SE · ET · SVIS

Descripserunt Huelsen (a. 1885) et Gatti (a. 1886). Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 193.

1 fin. N littera magna ex parte evanuit (undeomissa est ab Huelseno). — 4 numerus ex parte incertus est: ⅠↃ∾∾∞CC LXII Gatti.

In principio periit nomen eius qui plumbi pondo octo milia sescenta sexaginta duo dederat ad aquam ducendam *ad horrea Sempron(ia) ad balneum vetus;* v. 3 *quattuor* fortasse intellegendi sunt rivi vel fistulae spectantes ad quattuor labella memorata in v. 5.

4191 tabula marmorea. Nemi rep. anno 1885.

IMP · CAESARI
VESPASIANO · AVG
PONTIF · MAX · TR · POT · II
IMP · VI · P · P · COS · III · DESIG · IIII   a. p. c. 71
*senatus pop*VLVSQVE · ARI*cinus*

Descripsit Huelsen. Lanciani *not. degli scavi* 1885 p. 160.

Apparet ab altera parte Titi, ab altera Domitiani nomen et honores perscriptos fuisse, ut in simili inscriptione urbana Corp. VI, 932.